

Fu tolto la Zonta dil Conseio di X, in loco di 3 manchava. Tolti 26, ma uno non si provò, che fo sier Piero Marzello, fo censor, qu. sier Jacomo, perchè si caza con sier Priamo da Leze; e lo tolse sier Marco Minio è di Zonta dil Conseio.

111

*Exemplum.**Die 9 decembris 1531.*

In Consilio duarum Quarantiarum, scilicet criminalis et civilis veteris.

Ser Hironimus Pisauro consiliarius.

Vult quod dictus Sanctus in die sabati proxime ventura conducatur in medio duarum columnarum, ubi super uno solario eminenti sibi manus dextera amputetur, sic quod a brachio separetur, et eruatur ei alter oculorum, sic quod eius lumine privetur. Sit postea confinatus perpetue Rethimi, ad quod confine seu relegationem post completum tempus annorum duorum, quibus stare debet in carcere Forti, vigore eius primae condemnationis, et soluto primo quantum per Advocatores predictos liquidatum fuerit ipsum esse debitorem illustrissimi Domini. In quo loco Rethimi teneatur bis in edomada se presentare illi regimini, et in casu contrafactionis dictae relegationis sit banitus de Venetiis et districtu et de omnibus terris et locis Domini nostri, tam a parte terrae quam maris, et de omnibus navigiis armatis et disarmatis in perpetuum. Et si quo tempore contrafecerit bano et captus fuerit et datus in vires Domini nostri, conducatur Venetias, ubi in medio duarum columnarum ad unum par furcarum suspendatur per canes guturis sic quod moriatur. Et habent qui illum ceperit et dederit in vires Domini nostri libras mille de bonis suis, si haberi poterunt, sin autem, de pecuniis Domini nostri. Verum si per totam diem veneris proxime ventura dictus Sanctus manifestaverit Advocatoribus predictis cum omni veritate illos vel illum qui indebite accepissent ex pecuniis Domini nostri ad minus per summam ducatorum decem millia, quos tamen usque modo non essent ad notitiam Advocatorum predictorum seu eorum officii, tunc et eo casu sit liber a suprascripta pena amputationis manus et evulsionis oculi, et loco relegationis suprascriptae sit perpetue banitus de Venetiis et districtu et de omnibus terris et locis Domini nostri, ad confinia surum, videlicet a parte

terrae a Mentio citra, et a parte maris a Quarnario citra, cum modis, pena et talea suprascriptis, in casu contrafactionis banni. Et quod non possit ullo unquam tempore habere officium nec beneficium aliquod publicum Domini nostri nec in terris nec in mare. Et quod auctoritate huius Consilii terminatio facta et annotata per dictum Sanctum de Sanctis sub die 4 decembris 1527, prout in notatorio officii trium Sapientum super Revisione computorum in cartis 66 apparet, et omnes notae et obligationes et partitae indebite factae incidantur, cassentur et revocentur, cum omnibus inde sequitis et dependentiis, ut si factae minime fuissent. Cum hac tamen condicione quod omnes illi, qui virtute ipsius terminationis habuissent in contatis pecunias illustrissimi Domini, teneantur eas in contatis restituere iuxta formam officii Advocatorum praedictorum: qui vero habuissent credita, et ea adhuc non exigissent, teneantur ipsamet credita restituere in Dominio nostro iuxta formam et ordines dicti officii. Et quod cognitio dietae suae manifestationis fiendae ut supra numquid cum veritate fecerit talem manifestationem vel ne spectet Consilio de XL Criminali cognoscendi. Et publicetur super scalis Rivolti et in platea Sancti Marci.

In prima balotazione 24

In secunda » 38

Da Roma, di sier Marco Antonio Venier el 113^o)
dotor, orator nostro, date a dì 5 decembrio, ricevute a dì 9. Come, havendo auto il pontifice da li 5 Cantoni catholici che loro sono dispositissimi di perseverar in voler per amor o per forza redur alla fede cristiana li altri 8 Cantoni lutherani, scrivendo che, siben con il Canton de Zurich si sono accordati con qualche capitolo non così conveniente alla fede, lo hanno fato per guadagnarlo, essendo quel maior e più potente de tutti li altri, ma nel resto non asentirano in parte alcuna concernente contra la fede, e sono prontissimi, sicome hanno fatto finhorra, di exponer le facultà et proprie vite loro, ma ben voriano esser soccorsi e aiutati da principi christiani, pregando Soa Santità li soccorsi. Le qual letere fonno lete in concistorio, et Soa Beatitudine disse, con tutte le sue forze non erra per mancharli, ma non havea il modo se non con meter qualche imposition di graveze, ragionando di metter do decime al clero in tutti li stati de Italia, di-

(1) La carta 112^o è bianca.